



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Vita

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

*Visitatio, vide Episcopus, Notarius.*

1 **I**N visitatione primo prædicandum. & monendum, deinde inquirendum.

\* De visitatione multa *Graff. p. 2. c. 28. lib. 3.*

\* *Syl. Visitation. nu. 4.*

2 Episcopus visitat Diocesim, Archiepiscopus totam Prouinciam, etsi id non videtur esse in vsu. \* *Syl. 16. nu. 2.*

1 *Vita, vide Homicidium, Infirmus.*

**N**on tenetur quis vitã producere quantum potest, nec vti cibis delicatis, & salubribus, nec ad vitam seruandam permittere sibi membrum abscindi, nec vti medicinis, aut remedijs extraordinarijs, aut valde pretiosis, vel laboriosis, nec abstinere pœnitentijs, quæ vitam possunt breuiare.

\* Nec vti } *Sot. l. 5. q. 1. art. 6. col. vlt.*

Nec } *Sot. l. c. q. 2. art. 1. Tol. l. 5. c. 6. nu. 8.*

Medicinis } *Sot. l. c. Lopez p. 1. c. 64. col. 3.*

Nec abstinere } *Vide Lopez l. c.*

*Nauar. cap. 15. nu. 120.* putat m. p. vti asperitatibus notabiliter vitam decurrantibus ei, qui aduertit. idem ferè *Couar. lib. 1. Var. ca. 2. n. 10. Vide Caiet. 2. 2. q. 147. art. 1. P. N. lib. 2. c. 3. nu. 85.* Hoc facere causa pietatis erit veniale. *Caiet. Couar. l. c. Sot. de ratione teg. memb. 1. q. concl. 3. vide Tol. l. 5. c. 6. num. 14.*

2 Vitam potest quis exponere periculo pro suis vel proximi rebus, & etiam pro honore, secun-

secundum quosdam, quod non concederet  
D. Augustin. Potest quidem vitam suam  
quis exponere pro tuenda vita alterius, at pro  
re alia temporali, vel sua, vel aliena, non pu-  
tarim licere, nisi esset ad vitam necessaria aut  
valdè ampla. Vide *Sot. l. 5. de Iust. q. 1. ar. 6. cõ. 3.*

\* Vitam } Vide *Sot. l. 5. q. 1. art. 8. V. Homicidiũ,*  
*num. 6. 22. 24. 25.*

Potest } *Sot. l. c. ar. 6. Nau. c. 17. nu. 87.*

3 In naufragio posse alteri permitti tabulam  
antequam capiatur, sed non postquam capta  
est, quidã aiunt. Ego putãrim posse etiam ca-  
ptam alteri permitti, vt saluetur: vt & panem  
quem quis vnum habet solum, alteri posse  
dare in extrema vtriusque necessitate.

\* Quidam aiunt } *Sot. l. 5. q. 1. art. 9. in fine.*

Ego } *Victor. de homic. nu. 26. Tol. l. 5. c. 6.*

Panem } De hac quaestione multa, *P. N. lib.*  
*2. c. 3. à num. 63.*

Addit. } Laborans in extremis cibum fa-  
stidians, quia nequit deglutire, non est sui ho-  
micida, si non conetur edere. *Lopez l. c.*

Prælati, aut Princeps, scruentia peste, non  
potest populum deserere, etiam si vitæ peri-  
culum immineat: id charitas, & iustitia po-  
stulat. *Sot. l. c. art. 8. col. 6.*

*Votum, vide Baptismus, Debitum coniugale,*  
*Episcopus, Festum, Matrimo-*  
*nium, Religio.*

3 Non